Quelle: https://manuscripta.at/?ID=47062
Copyright: Stams, Zisterzienserkloster



65

rorum, quæ Semnones vocabantur, imperitasse. Vid. Falkensteinus in Hist. Boj. part. 2; qui et vincere nititur, Bojos fuisse, quibus imperaverit Ambigatus. Sed non convincit.

16) Plinius l. 3, c. 20: Ræto Tusciorum prolem arbitrantur a Gallis pulsos duce Ræto. Plutarchus in Camillo: Illi (Galli) irruentes quam primum universam antiquamque regionem Tyrrenorum sub eorum imperium ab Alpibus usque ad utraque maria redegere -- Per hanc regionem arboribus plenam multa flumina fluunt, et lætus est ager pabulo: hæc octo et decem puteras magnasque urbes habet, et ad quæstum et ad victum amplissimas. Has Galli Tyrrenis ejectis occupavere. Sed hæc multo ante Romam a Gallis captam, gesta sunt. Justinus l. 20, c. 5: Tusciique duce Ræto avitis sedibus amissis Alpes occupavere, et ex nomine Dueis gentes Rætorum condiderunt.

17) Plinius l. 3, c. 19: Tertini et Tridentini et Bernenses Rætica appida. Primos Feltrinos esse interpretantur omnes. Tridentinos hodiedum novimus. Bernenses autem Joannes aliqui Bellunum, alii Baucanum volunt. Roschmannus cum Maffejo ~~et Scipione~~ Veronensi Brennos intelligit, eosdem, quos Horatius inter devictos ab Augusto in ipsorum montibus Ræto, Brennos vocat. Plura de Brennis vide infra fol. 20, et deinceps sæpius.

/ Scipione

18) Divisionem Rætiæ in Alpestrem et Campestrem naturalis est. In Rætiam et Vindeliciam distinguunt Strabo l. 4; Paterculus l. 2; Plinius l. 3; aliique complures. Rætiam primam secundam vocat Notitia Imperii Theodosiorum tempore conscripta. De limitibus Rætiæ universæ, nec non videatur Strabo l. 7, et Ptolemæus Geogr. † Cluverius Introd. geogr. l. 3, c. 4 et 24.

19) Servius ad Virgil. Æn. 2. Dionysius Halicarnassæus l. 3 ~~in~~ apud Roschmannum in origine fund. Stams.

c. 20

† l. 2, c. 12: Rhetia ouidentale latus terminatur monte Adula et linea, quæ est inter capita amnium Aceni et Danubii latus Septentrionale terminatur parte Danubii, quæ est a fontibus usque ad Aeni fluvii confluentem. Orientale latus ipso Aeno terminatur, cujus Australior finis est long. fundi Stams. 34.; lat. 45.½. Meridionale Alpium montibus super Italiam extensis.